



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

§. II. An beneficia parochialia Iurispatronatus conferri debeant per  
concursum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

instantiam aliquorum Patronorū non proposito publico edicto, nec causa discussā secundū formam præscriptam in c. fin. de elect. in 6. Resp. institutionem in tali casu esse ipso iure nullam, & invalidam: quamvis enim text. in d. cap. fin. loquatur de electione, habet tamen locum etiam in præsentatione secundū glos. ibidem in ver. electione, & Doctores omnes, ut obseruat Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 49. numer. 24.

### §. II.

An beneficia parochialia Iurispatronatas conferri debeant per concursum.

**D**ico 1. quod in Parochialis bus de Iurepatronatus laicorum non requiritur cōcursus, sed sufficit, quod præsentatus à Patronis examinetur ab examinatoribus in Synodo deputatis, & si idoneus reperitur, est admittendus, & insitituendus iuxta Conc. Tridentinum eff. 24. de ref. cap. 18. & pluries resolutus Sacra Congregatio Concilij, ut refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 519. Pias. in Prax. episc. par. 2. c. 5. num. 18. verf. in curato.

**3** Hanc tamen conclusionem limitant Doctores, quando parochialis de Iurepatronatus laicorum deuoluta est ad ordinarium: quia tunc per concursum est cōferenda iuxta decretum Sac. Congregationis apud Barbos. de officio Paroch. cap. 2. num. 13. **4**

Limitant secundò, quando sūt

plures præsentati, quia tunc etiā inter ipsos tantum debet fieri concursus, ut eligatur magis idoneus, ut censuit Sac. Congregat. Concilij apud Greg: d. decis. 494. num. 2. Risc. loco citato Pias. vbi supra num. 18. quod intelligendum est, vbi singuli præsentati haberent æquales voces, alias si vnuus haberet plures voces, ille solum est examinandus absque concursu aliorum Rot. decis. 117. par. 2. in nouis. & coram Mantic. decis. 86. & coram Seraphin. decis. 875. & coram Durano decis. 44. num. 10. & in Compostell. Parochialis 20. Febr. 1630. coram Merlino, & in Pampilonen. Parochialis 26. Iulij 1626. coram Buratto, quas refert Barbos. de officio. & potest. Episc. par. 3. all. 72. num. 197.

**10** Obserua tamen 1. quod si habens maiorem partem vocum se subiiceret examini, & concursui, sibi præjudicaret; quia faceret se parem, & perinde habendus esset, ac si haberet pares voces, ut decisum refert Beltramin. ad Greg. d. dec. 494.

**11** Obserua 2. quod si Iuspatrionatus pro medietate vni familie, & pro medietate alteri competenter, tunc præsentatus à maiori parte vnius vocis esset in pari gradu cum illo, qui præsentatus est ab omnibus Patronis alterius vocis Card. Caualer. decis. 519 num. 4. Quare si vna familia præsētaret V. G. Petrum, & duæ voces alterius familie, que in octo voces diuisa sit, adhéreret eidem Petro, non ex hoc diceretur præsentatus à maiori parte: quia alia sex

- sex voces alterius familiae repre-**  
**sentant integrum portionem , ut**  
**d. Add. ad Buratt. dec. 942. num. 5.**
- 12** Obserua 3. quod vbi adest sta-  
 tutum excludens foeminas dota-  
 tas ab hereditate Patris, tales fo-  
 emine*rum* ius præsentandi non habent ,  
 dummodo sint dotatae de bonis  
 illius, a cuius hereditate excludu-  
 tur , ut post Lambert. & alios di-  
 cit Vulp. in Prax Iudic. for. eccl. e-  
 cap. 49. num. 20.
- 13** Obserua 4. quod in iure patro-  
 natus familiae relicto foeminae non  
 habent vocem in præsentando ,  
 quemadmodum ad fideicommissum  
 familiae relictum foeminae mi-  
 nimè admittuntur , etiam si essent  
 agnatae , ut decimum refert Ricc. in  
 in Prax. par. 3. resol. 580. quia fo-  
 emine*rum* non veniunt appellatione  
 familiae *I. pronuntiatio S. familiae* ,  
 & *I. seq. ff. de Verb. sign. præsertim*  
 si loquamur de foeminiis nuptis ,  
 que transiunt*ur* in familiam viri *I.*  
 quicunq. C. de re milit. lib. 12. &  
 ideo foemina nupta excluditur a  
 substitutione , in qua vocantur pro-  
 ximiores de agnatione , ut deci-  
 sum refert idem Ricc. loco cit.
- 14** Obserua 5. quod præsentatus  
 ab existente in quasi possessione  
 iuris præsentandi præfertur præ-  
 sentato a vero patrono , dummodo sequeatur institutio , ante quam  
 de proprietate constet : secus es-  
 set , si ante institutionem consta-  
 ret de proprietate , quia tunc pro-  
 prietas causam possessionis absor-  
 beret cap. consultationibus de iu-  
 repatr. Cattuc. dec. 167. Bisignet. dec.  
 5. de Preben. Aldobrandin. dec. 228.  
 quos refert , & sequitur Ricc. in
- Collect. dec. 2453. par. 6.** vbi etiam  
 dicit , quod hec quasi possessio non  
 acquiritur per præsentationem ,  
 nisi subsequatur institutio .
- 15** Obserua 6. quod præsentatus a  
 pupillo , qui sit maior infante ,  
 præfertur præsentato a tute*re*  
 Ricc. in Collect. decis. 278. p. 2. Coc-  
 cin. dec. 477. n. 2.
- 16** Obserua 7. quod habilis præ-  
 sentatus a medietate , vel a mino-  
 ri parte præfertur inhabili præ-  
 sentato ab altera medietate , vel  
 etiam a maiori parte : quia totum  
 ius est eorum , qui habilem præ-  
 sentarunt Rot. coram Card. Caus-  
 ler. dec. 231. nu. 1. & 2.
- 17** Obserua 8. quod quando dona-  
 tur ius patronatus familiae , omnes  
 de familia succedunt in capita , &  
 non in stirpes , ut decimum refert  
 Ricc. in Prax. for. eccl. p. 1. res. 201.  
 & par. 3 res. 587. vbi idem dicit , si  
 in iure patronatus succedit iu-  
 re legati ; secus si succedit iu-  
 re hereditario : quia tunc in stir-  
 pes , non autem in capita succe-  
 ditur per tex. in Clem. plures de  
 iurepatr.
- 18** Dico 2. quod in Parochialibus  
 iuris patronatus ecclesiastici re-  
 quiritur concursus iuxta Concilium  
 d. c. 18. & resolutus Sac. Congr.  
 teste Pias. in Prax. Episc. par. 2. c.  
 5. num. 17. in fin. Rota in Florenti-  
 na parochialis 28. Maij 1599. co-  
 19ram Iusto: quod etiam procede-  
 re in beneficio iuris patronatus  
 mixti dicit Beltramin. ad Greg. dec.  
 494. num. 6. immo addit Barbos. d.  
 par. 3. alleg. 60. num. 17. quod for-  
 20 ma examinis per concursum ser-  
 uanda est , etiam si ius patronatus

pro

pro duabus partibus pertineret ad laicum; & pro yna tantum ad ecclesiam. Sed cotrarium nouissime resoluit Sac. Congr. Concilij in una Pisana sub die 5 febr. 1628. videlicet non requiri concursum in collatione ecclesiarum parochialis iurispatronatus mixti, id est partim ecclesiastici, & partim laicallis, ut refert idem Barbos, qui propterea a prima opinione in ultima impressione recessit.

## S. III.

*An iuspatronatus, quod destruta ecclesia, vel Capella extinctum fuit, illa redificata reuiuiscat.*

21 **A** lij negat, etiamsi reficiatur ecclesia ex eadē materia: putant enim, omne ius, quod quis in priori ecclesia habebat, ea semel destructa perisse. ita glof. in cap. 3. ver. fundatores, & ibi Barbos. num. 8. de Iurep. & communione dicit Roch. de Curt. cod. tit. in ver. construx. et num. 14. p. 400.

Alij vero contrariam sententiam tinentur: Dico igitur quod primus patronus ratione fundi adhuc esset Patronus in ecclesia redificata, si super eodem fundo reedificetur: idemque dicendum est de Patrono ratione dotis, dummodo sufficienter dotauerit iuxta glof. communiter recepta in c. quicunque 16. q. 7. quamuis enim Vulp. in Prax. iudic. cap. 49. num. 6. teneat, quod si Episcopus consentiat constitutioni dotis incongrue,

illamque approbanterit, adhuc iuspatronatus acquiritur: nihilominus contraria sententia verior videtur, vt scilicet dotans insufficienter etiam de consensu Episcopi iuspatronatus minimè acquirat, ut cum alijs sentit Barbos. offic. & pot. Epis. par. 3. all. 70. n. 11. & 12. ubi etiam refert Sac. Congr. ac Rotae Romanae decisiones remittit autem arbitrio Iudicis, quæ sit dos sufficiens, & quæ insufficient, ut dicunt Doctores communiter.

23. Ex quo fit, vt neque acquiratur iuspatronatus ex augmentatione dotis, nisi constet, dotem primam fuisse amissam, & nouam sufficientem constitutam Roch. da Curt. loco cit. num. 14. Rice. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 161. & in collect. de cisi. 2453. par. 6.

24. Obserua tamen, quod in hoc casu amissionis dotis non potest alius in præiudicium primi patro ni de novo dotare absque illius consensu, & eo prius non requirito, an dotare velit, Abb. in cap. 3. num. 9. vers. item debet require de iurepatr. Host. ibidem numer. 4. vers. equum est, & alijs, quos refert & sequitur Barbos. d. all. 70. n. 16.

25. Quare si ecclesia, vel Capella reperiatur constructa sine dote, dotans illam sufficienter efficetur Patronus ratione dotis una cum alijs, qui erant Patroni ratione fundations, & constructionis, etiam sine expressa reservatione glof. in c. pie mentis 16. q. 7. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 49. num. 5. & 6. Card. Caudler. decif. 265. num. 4. & hoc procedit etiam, quando plures

res

